Km
1210

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-156653-p0001-1

Hist. litt. 4. num. 6.
53

D. HENRICI CHRISTIANI
SENCKENBERG
SERENISSIMI HASSIAE PRINCIPIS IN REGIMINE, ET
DIVERSORVM PRINC. AC STAT. CONSIL.
P.P. ORD. IN ACADEMIA GISSENSI

COMMENTATIO
DE
IVRE HASSORVM
PRIVATO
ANTIQVO ET HODIERNO

CVM
ADIVNCTIS
EO SPECTANTIBVS DIPLOMATICIS
AC STATVTARIIS.

GISSAE, TYPIS E. H. LAMMERS, ACAD. TYP.
M DCC XLII.

KÖN.FRIED.
UNIVERS.
ZV HALLE

PLAVTVS *in Perſa.*

Si quam rem accures ſobrie aut frugaliter
Solet illa recte ſub manus ſuccedere.
Atque aedepol ferme vt quisque rem accurat ſuam,
Sic ei procedit poſt principia denique ſi malus,
Aut nequam eſt, male res vertunt, quas agit:
Sin autem frugi eſt, eueniunt frugaliter.
Hanc rem exorſus ſum facete & callide.
Igitur prouenturam bene confido mihi.

Q. D. B. V.

§. 1.

POst longam intercapedinem, in qua nihil ferme meorum publico datum est, redeo ad labores consuetos. Consueverã enim alias semper aliquid typis permittere, sed causae Variorum Principum ac Statuum quibus invigilandum est, hactenus obstiterunt. Praecipue elapsa aestate mihi impedimento fuit iter Belgicum, iussu SERENISSIMI PRINCIPIS ARAVSIONENSIS susceptum, necessarium illud quidem propter negotia, & propter amicitiam cum Viris eruditis contractam, propter librorum cognitionẽ acquisitam, studiis etiam meis haud inutile. Summo mihi depraedicanda encomio tum Principis clementia singularis, tum etiam Summorum Belgii Virorum ac Iurisprudentiae luminum favor, cuius memoria mihi peribit nunquam. Sed iam tenet dulcis patria Germania, retinetue. Ne ergo otii, si qua supereſt, ratio mihi reddenda sit, hoc pacto vel omnem de otio meo Academico quaestionem me praecidere posse existimaui, si dissertationes Encyclicas, quas vocant,

instituerem. Non defuit iuuenum erectioris indolis alacritas, & hoc illud ipsum est, quod praesenti tractationi causam praebet. Cum enim moris Academici a Seculis recepti sit, vt Prolusiones Academicas emittamus, easque conscribentes, semper non nihil ad Eruditionem promouendam faciens in iis edisseramus Professores, & nos huic mori lubentes assurgemus.

§. II.

Non autem de vsu & receptione Dissertationum Academicarum in Iuris Studio multis agere opus est. Sufficit, nullam ideo inter IurisConsultos vnquam versatam, aut versari litem. Sufficit itidem VIROS ILLVSTRISSIMOS, qui terris Hanoueranis sub Rege praesunt, ineuntes nostros conatus Academicos, & hactenus probasse. Quin sufficere plane posset, Viros Celeberrimos, interque eos, quos honoris causa nomino, Illustrem Dn. ESTOREM, & Cl. HOLLMANNVM, amicos, & hunc olim Collegam meum, albos calculos nuper admodum huic instituto adiecisse. a) Et profecto satis antiquum est, disputationum circularium, ob eandem causam, in Iure nostro institutum. Siquidem iam anno Seculi XVI. nonagesimo & quod excurrit, Juris-Consulti COLONIENSES, Collegium Iuris in forma quam quartam vocant, ediderunt, vbi tota Juris Pandectarum compages, thesibus comprehenditur. Succesſere dissertationes COLLEGII IVRISCONSVLTORVM IN ACADEMIA LVGDVNO BATAVA LII. an.

a) Conf. ESTORIS Einleit. zu ſeinen Winter-Vorleſungen 1742. §. 36. HOLLMANNI de capienda ex Exercitationibus Academicis vtilitate Progr. Gott. 1738. 4.

a. 1596. & 1597. emissae, totius iuris ambitum haud secus sistentes, & non adeo leui brachio absolutae. Habentur & aliae postea natae, ex Academia Argentinensi & Iulia, dissertationum Encyclicarum prurigines, non semper totum Iuris Pandectarum Systema pro scopo habentes, verum modo has modo illas partes. Qua in re inprimis egregius est *Georgius* OBRECHTVS, Vir Eruditissimus, & primus forte ICtorum, quorum Dissertationes, diuersa capita continentes, iunctim impressae sunt, *b*). Praeterea vero nemini non innotuerunt, haud ita multo interiecto tempore secutae in Institutiones, Pandectas, in Ius Publicum, variorum, HVNNII in Ius Feudale, eiusdem in Ius Canonicum, & nescio quae non Exercitationes. Praecipue *Henricus* BOCERVS ὁ πάνυ, Disputationibus de vniuerso quo vtimur Iure, methodo eleganti conscriptis, & in se vere elegantibus, Illustre nomen erat indeptus, *c*) cuius gloriam aemulari, eumque imitari certatim reliquis placuit. Vti vero optima quaeque, hominum more, statim vitium facere solent, ita etiam disputandi institu-

b) Contigit id Vrsellis 1603. 4. & ego quidem hunc librum non vltimum ex numero Dissertationum iunctim editarum aestimo. Certe eo & creberrimo vti, & viri Eruditionem identidem mirari soleo.

c) Tres editiones libri cedro digni noui, optima autem est tertia, quam *Iohannes Iacobus* FRISCH Argentorati 1614. 4. post fata autoris curauit, atque Iure Würtembergico, necnon aliis instruxit. Scripsit autem longe plura, omnia non minimi sudoris scripta, praecipue in feudorum etiam Jure, quod & synoptice & commentando pererravit.

tum. Vnde sane habuit de quo conquereretur Iuris-Consultorum Coryphaeus *Henningus* RENNEMANNVS Erfurtensis Professor ac Consul, dum hunc in modum loquitur: d) *Tunc inualescebat in Iuris studio, noua quaedam disputandi ratio, cuius auctor in Academia Iulia, quantum ego quidem recordor, primus erat Henricus Boerus, Salcatenus Westphalus, inter SS. Legum studiosos prae aliis tunc valde conspicuus, circa annum Salutis 1584., qui cum publice priuatimque disputando, paulo ante abitum in Academiam Tubingensem, theses prelo commissas sic informaret, vt sua singulis fundamenta, adlegatis LL. textibus, & auctoritatibus Dd. cum definiendi rationibus declarata interspergeret; & hoc magno cum applausu studiosorum, primores amplexi in Academiam Ienensem, & Marpurgensem: & non multo post, in alias Germaniae transferrent Academias: a quo tempore tanta, post annos paucos, inprimis post Celeberrimi Viri Hieronymi Treutleri Disputationum opus in Marpurgico Lyceo, ante annos 52. & si quid superest editum, disputandi cupido incessit Iuris studiosos: vt insuper habitis tam praelectionibus publicis, quam Methodicis libellis perlegendis, adeoque omni fere praecepta perlegendi cura neglecta, solis se darent disputationum, maxime Treutlerianarum Gymnasiis. Ex quibus cum aliorum plerumque ope, postquam menses aliquot, vel ad summum annus forsan, in Academia transactus esset, aliquot disputationis alicuius pagellas descriptas, suis in patria parentibus vel patronis dedicassent: suo perfuncti in studio Iuris officio videri volebant.*

Eum

d) in Programmate Jurisprud. Rom. Germ. praemisso & 1632. scripto.

Eum in modum RENNEMANNVS, post cuius tempora B. G. A. STRVVIVS, SCHILTERVS & STRYKII pater filiusue, disputationes per circulum redeuntes admodum vrserunt, omnia fere, quae ediderunt, disputationibus primo committentes. Post horum fata, varia disputationum harum fortuna fuit, quas tamen vsu non destitui, nec etiam plausu, periculorum in Academia Gottingensi factorum biga, me sub primordia vitae Doctoris Academici docuit, vtpote quorum me necdum poenitet. Nec ea tam diu distulissem, si a dia vacuna spatium licuisset impetrare.

§. III.

Id neque in praesens est, praesertim cum in Systemate Iuris Vniuersi, & mille aliis laboribus continuo desudem. Spero tamen fore, vt emergam. Quibus praemissis, ad thema quod praefaminis loco mihi exantlandum est transgredior, quodque *Ius Hassorum priuatum, antiquum & hodiernum* constituet. Neque vero TV, Lector Beneuole! ab homine alienigena, & a paucis demum annis Hassiae suae asserto, omnibusue tantum non subsidiis destituto hic curati quid exspectes, potius initia tantum eorum, quae dici potuissent. Vt ergo ab ouo ordiamur, inter omnes constat, Cattos fuisse partem Francorum, eorum fines Caroli M. aeuo pertigisse paulo vltra Frideslariam, & si qua alia huc spectantia, de quibus amicum nomen Celeb. Vir ESTOR *e)* docte & curate satis disseruit. Habitabant autem Hassiam Catti, vt portio Francorum Salicorum, haud dubie

e) in Jure Publico Hass. Parte I. & II. Add. Celeb. SCHMINKIVS de Episcopatu Buraburgensi.

bie eorum Iure recti. Finitima Haſſia Franciae hodiernae, vbi princeps Francorum Salicorum ſedes, vnde ferme non differunt, quae idem Celeb. ESTOR *f*) dum Legis Salicae ortum Haſſiae, & B. HEINECCIVS quando eum Franciae vindicat, *g*) ſeorſim ſenſerunt. Haſſia certe noſtra non potuit alio quam *Salico Iure* regi, vtpote quam ſecundum iam dicta tenebant Franci Salici, *bona Salica*, & terras ſive res immobiles habentes Saliças. *h*) Inſignes nugas circa haec bona propoſuerunt non nulli, cum res in ſe ſit facillima, & terra nil niſi rem alicuius immobilem deſignet. Inde eodem ſenſu terra Baioarica, Alemannica, Burgundica, & caeterae gentium Germanicarum antiquarum. *i*) Sed relinquamus maioribus ſuas terras ſalicas, quarum nomen, cum ipſa Salicorum appellatione genti ſubtracta, itidem periit, res noſtro aeuo ſuperat. Eadem enim lege hodieque Nobilitas Haſſiaca, circa ſucceſſionem gaudet. Francos autem fuiſſe quando Haſſos dico, eo ipſo ſimul innuo, iis itidem CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM, quatenus ad Franciam Germanicam ſpectabant, contigiſſe. Non enim omnia indiſtincte ad Franciam Germanicam pertinebant aut applicari poterant, imo nihil, niſi id diſtinctis verbis dictum eſſet. Agnouit hanc veritatem

f) Analect. Haſſ. P. II. p. 352.

g) praefat. Corpori Germ. Juris Georgiſchii praemiſſa latiſſime.

h) dixi de his quae videbantur tr. de ſucceſſione filiar. in regnis & principatibus not. h. p. 71. ſq.

i) Habes eodem ſenſu *terram Anglicam & Werinicam* tit. 6. §. 1. 2. in harum gentium legibus. Differunt autem leges de

ritatem quodammodo B. HEINECCIVS, *k*) & de ea dubitandum non est. Ex quo simul eluceſcit, satis incongrue, quem dixi B. HEINECCIVM, & plures alios, formulas Marculphi aliasue Franciae suae Occidentali natas debitasue, nec non manumissiones, Iura patronatus, & alia bene multa, ex Iure Romano in Gallia recepta, applicare ad Germaniam. Nil horum in nostra Hassia, quae JVS THEODOSIANVM non nouit, non magis ac reliqua Germania Magna, nisi forte in aliquibus ad Ecclesiastica pertinentibus. Magno nostro malo, Di boni Germanis abstulerunt hancce mentem, & JVS IVSTINIANEVM nosse dederunt, comtulum magis, ornatulum magis ac patria, nostrorum temporum necessarium malum, adeoque Hassis nostris addiscendum.

§. IV.

Vsi ergo ante Ius Iustinianeum receptum Hassi *iure Francorum*, nec Hassi tantum, sed & vicini Thuringi, ex parte. Notiora fere sunt loca huc spectantia, quam vt adduci mereantur. Princeps est in Henrici Infantis Hassiae Landgravii priuilegio ciuitati Grunbergensi 1272. conceſſo, vbi iura antiqua confirmans

immobilibus. Vnde rite & ex vero, terra salica pro Alodio aut bonis auiaticis capta, quae vltima speciem illius constituunt.

k) Hist. Jur. Libro 2. §. 42. 44. nouae edit. ad quem Capitularium Historiae causa etiam remitto; addi volo Illustris ac amici Viri KOPPII Historiam Juris P. V. Epoch. 3. per tot. loco omnium.

refert: *Dicunt itaque se Francones esse & ideo sortiti sunt Ius Franconum. l)* *Ceterum possunt si volunt, conditionis cuiuscunque hominem, qualemcunque volentem ipsis conuiuere, recipere in conciuem.* Iura legesue Francorum his confirmata vides, ex aeui antiqui moribus superstitia, *das altfraenckische Recht*, de quo tam multus in communi Hassiae & Wetteraviae prouerbio sermo. Neque ex vero B. STRVVIVS *m)* quando libertatem decennalem ciuibus concessam, his verbis signari autumat. Haec enim cum ipso textu indice post decennium periret, & deinde quotannis XC. marcae Colonienses praestare iuberentur, quid ad *Ius Francorum*, quod in omne aeuum ciuibus superstes esse debebat? Et quomodo immunitas haec Ius Francorum dici potuisset? praesertim cum decennalis? Nimis caute Vir magni iudicii Illust. KOPPIVS, *n)* quando *Viderint tamen alii*, inquit, *an non chartis illis ad Ius illud Franconicum prouinciale prouocetur, nobis in hac re admodum obscura & dubia, nihil certi definire licet.* Designatur enim haud dubie Ius Francorum, Lex Francorum, siue consuetudo & mores Francorum. Synonyma enim consuetudo, Lex, Ius, quod iam olim vidimus. *o)* Inde in charta Monasterii Honaugiensis *p)* vbi: *Res peregrinarum secundum Legem*

l B. HERTIVS post dissert. de legibus consultat. & iudiciis, vbi diploma integrum; sed correctius aliquando ex origine edendum.

m) Histor. Iur. cap. VI, §. 14. not. vlt.

n) Historiae Iuris p. 210. nota c.

o) Tr. de Iudicio Palatini p. 38. Comp. Iur. feud. p. 72. sq.

p) apud MABILLON in Annal. Benedict. p. 697.

gem Francorum proprias esse regis: asseritur, non nisi consuetudinem Francorum, *das Recht derer Francken* notatur. Mentio Legis Saxonicæ eodem sensu, his verbis: *Legem igitur vestram non in aliquo corrumpemus.* q) Plane WIPPO Lege vtitur pro sententia: *Vnde commotus Imperator*, inquit, *praecepit, vt omnes in vrbem Papiensem, ad generale colloquium venirent. Quod dum factum esset, cunctis reclamantibus, Legem fecit Imperator.* r) Hinc *Landrecht* pro *Landgericht* apud Bohemos, s) *Fürstenrecht* pro Iudicio Principum, t) Jus quod appellatur *Lehenrecht*, u) consessum videlicet iudicialem denotans, in quo sententia fertur. Alia vt taceam. Summo ergo iure GIRARDVS, x) iam olim docuit, Legem denotare consuetudinem, & inde ea quae Legis Salicae dicantur, *Iuris* ac *Consuetudinis* Salicorum potius dicenda esse, id quod phrasi *matrimonii Lege Salica contracti*, vlterius illustre redditur. Neque enim hic vlla Lex, sed consuetudo, vsus, ius. Et hoc iterum censebis illud ipsum Ius Francorum, cuius Fridericus I. anno CIↃ CLXXX. mentionem hunc in modum habet: y) *Permissione quoque,*

 fatur,

q) Otto apud Ditmarum Chron. Lib. V. apud *Leibnit.* T. I. Rer. Br. p. 368.

r) WIPPO ad an. 1037. ap. PISTOR. T. I. p. 480.

s) Landsordn. p. 51. sqq.

t) LONDORPII Acta Publ. T. I. p. 260. sqq. in Adjunctis.

u) LVDEWIG. ad A. Bull. p. 986. Adde ej. Miscell. Tomo II. p. 217. 219.

x) Bernard DE GIRARD Seigneur de Haillan dans son Livre de l' Etat des affaires de France, p. 189. sqq.

y) PETRVCHI Chron. c. 2. p. 36.

fatur, & *voluntate nostra, iidem fratres de Porta coemerunt a Theoderico de Liznic villico nostro molendinum vnum in Pichou, ita vt Iure Francorum perpetuo illud possidentes &c.* Eundem autem in modum Grimbergae nostrae ab antiquo fuerat Jus Francorum, Lex, Consuetudo Francica, vbi totus omnium Ius efficientium complexus, & Ius pro attributo personae acceptum, inde deriuatum, simul veniebant.

§. V.

Durauit illud Ius Hassiae nostrae, & ideo etiam Legibus Conradi II. Francis potissimum latis, perpetuo est vsa. Egimus de illis iam alibi, z) sed aliqua restant, iam demum dicenda. Constat, neque id repetemus, Conradum II. multarum Legum fuisse autorem, quae in extenso partim supersunt, partim periere. Videntur autem plurimae Conradi II. Leges, Iuri cuidam quod *Kayserrecht* dicitur, quodque omnium Iuris Germanici collectionum simplicissimum est, illatae fuisse. Autor CONSVETVDINVM FRANCOBERGENSIVM iam l. c. a me hunc in finem laudatur, & nil certius videtur quam hoc, toti Hassiae & toti Franciae, hoc Ius Legem olim fixisse. *aa)* Laudatur enim tam in Francobergensibus, quam & Alsfeldensibus, & omnibus aliis Consuetudinum collectionibus Hassiacis. Imo Eschvvegensis ciuitas, Hassiae inferioris olim ferme nobilissima, Ius hoc Caesareum, Iuri ciuitatis suae Statutario praefixit, certo argumento

z) Corp. Iur. Feud. praef. § 8.

aa) Dn. KOPP. Hist. Iur. p. 169. & 220. hic addendus iis quae nos diximus.

gumento, eius illic insignem polluisse vsum. Exhibet enim Codex meus Eschvvegensis post Iuris Caesarei placita, etiam Iura Eschvvegensia, prioribus vno volumine iuncta, vbi & alia, ad Iura Hassiaca spectantia deprehendere licet. Floruit autem in Hassia, antiquissima haecce Collectio longo tempore, vnde STATVTA ALSFELDENSIA, adhuc Seculo XVI. semper ad hanc Collectionem prouocant. Forte etiam nostra Iuris Caesarei compilatio illa ipsa censenda, quae sub titulo *eines Landrechts* Seculi XIV. operis, in Archiuio Ziegenhainensi custoditur. Forte inquam, neque enim satis mihi scire datur, quid coniecturae meae sit fundaminis.

§. VI.

In citato praefamine itidem ex CONSVETVDINIBVS FRANCOBERGENSIBVS discere licet, *Speculum Sueuicum* Glossam quodamodo Iuris Caesarei constituere. Et profecto in Hassia, hocce Speculum, & Ius Caesareum semper coniungebantur. Codex minimum meus, cuius iam saepe mentionem inieci, Ius Sueuicum Caesareo amica societate vnit. Videtur vero Hassis in more fuisse positum, vt primo ad Ius Caesareum, deinde hoc deficiente, ad Ius Prouinciale Sueuicum recurrerent. Prius STATVTIS CIVITATIS CASSELLANAE, *bb*)

bb) Ex statutis Ciuitatis Cassellanae de anno 1384. quae asseruantur in Archiuo Zigenhainensi communi haec habe
ꝛc. = Die Appellationes sollen an S. F. G. und Dero Räthe ergehen = die Zeugen nach Kayser = Rechten [illegible] verhört, den Fremden von einer Summen zur andern Gericht = = mit Pfandungen nach Kayser = Recht gebaret = = peinliche Strafen nach Kayser = Rechten angeleget, Prü-

posterius STATVTIS ALSFELDENSIBVS *cc*) probatum dabo, vbi semper deficiente Caesareo, & consuetudinibus particularibus, ad Ius Sueuicum recurritur. Scilicet Ius Caesareum & Sueuicum ferme pro vno eodemque habitum. Primo enim Franci, Iure suo a Caroli M. aetate transmisso, haud secus ac Sueui vtebantur. Superuenere Leges Conradi II. & aliorum ex quarum materie Caesarea Iura composita. His cum Imperio & ducatu utriusque gentis ad familiam Hohenstaufficam translatis, quod antea secundum nomen Imperii Ius Francicum dicebatur, vna cum illo ad Suevos transiit, qui varias novas tulere leges. Vnde repetitae collectionis legum ac consuetudinum Codice per opus visum, qui in terris Imperii Alemannicis confectus, Suevicus dictus est, & supplementum quasi Iuris Caesarei constituit. Mature satis ille ingentem obtinuit autoritatem, nemini non praedicatus & cum Iure Caesareo, pro Iure Imperii communi venditatus, *dd*) ad ea vsque tempora, vbi Ius Civile Romanum, cum Iure feudali Longobardico, in iudiciis Imperii nostri, altiores egit radices.

§. VII.

---

che, Wette, und Buße beym Richter gestellt, Willkohr und Ubergifft vor Gericht insinuirt = = Heiler Geschrey vor Gericht verfolgt = = werden ꝛc.

cc) e. g. cap. Wie einer seyn soll, der Burger werden will. cap. Von Freyheit einem Burger zu geben. cap. Brief zu wiederlegen. cap. Von Erbguthe. cap. Von den Gebotten eines Raths.

dd) praef. Corp. Iur. feud. §. 13. 14.

§. VII.

Praeterea vero particularibus Haſſiae noſtrae conſuetudinibus, omnia perſtrepebant fora. Imo adulto iam Seculo XV., non niſi ex conſuetudinibus cauſae deciſae. Specimen hujus rei deprehendo ſatis inſigne in ſententia, quam Ludovicus Landgravius in cauſa quadam ſucceſſionis tulit, quamque hic integram ſubiicio. ee) Vertebatur lis inter liberos prioris & poſterioris matrimonii, de illatis & acquiſitis vtriusque con-

ee) *Wir* Ludevvig *von Godes Gnaden Lantgraffe zu Heſſin bekenne in diſme uffin Brieffe alſo diſſe noch geſchrebin Parthie med namen Thitzel Heyneman uff eyne ſithen und GroſzeHans tochter unn ſin Huſſrovve des genanten Tytzels tochter uff dy andern ſythen lange zvvey und in Kriege gevveſt ſin alſo nemelich ume driſsig Gulden dy titzel ſolde Groſſenhanſſen zu medegifft ſiner tochter gered haben zu gebin und den forder ume Erbe gute alſo da Groſſehans Huſſrovve mit ſiner ſvveger frovven zu titzel ſinem ſvveger bracht med eynander gezüget und gehabet han, &c. Solcher Sache und zvveytracht ſy zu uns gegangen unn dy zu uns gevvilkort und geſtalt han ſe met rechte ze entſcheyden daz vver ſo gethon han und ſe med rechte geſcheyden han alſe hie nachfolget zu dem erſten uff dy dryſzig Gulden &c. daruff ſprechen vvir daz ez doby bliche unn dorch recht blibe ſal, alſo ſe dorume reyde med rechte geſcheyden ſin. Item ume dy Erbgütere ſcheydin vvir ſe und ſprechin vor recht daz alle Erbgütere alſo dan Groſſehans Huſfrovven Mutter czu titzel Heynemans etſvvan erme Huſsvvirte bracht had und vvatz ſe dern ouch med eyn ander in erme ehelichen Leben gekouff oder gezüget hetten. Dy ſollen alle noch tytzels tode uff Groſſenhans Huſſrovven ſine tochter und er rechtin Erbin alleyne fallen und derſelbe tytzel Heyneman enſol noch enmag ſolche Erbegütere ſonder Wiſzin und Verheng-*

conjugum in primo thoro: deciditur; illata primae vxoris nec non acquisita prioris coniugii, filiae ex illo prognatae priuatiue, & ob paritatem rationis, idem etiam quoad bona in posteriore coniugio communia obseruari, ac liberis in eo quaesitis, itidem haec vnice relinqui, mariti autem ac liberorum parentis communis immobilia, ex aequo, suo tempore, omnibus liberis

nüsze Grossenhans Hussfrouven siner tochter nicht verkouffin verphendin oder verussern hettin ouch dieselbin titzel und sin erste hussfrouve etwas med eynander geborget un scholt gemacht, solche schult sal man bezaln von er beyder Erbegütern dy se von beyden teylen zu housse brocht ader med eynander getzüget hetten. Hette aber titzel egenant nach der genanten siner ersten Hussfrouven tode nemelich in sinme Wedemestule schult gemacht di solde her von der Varnde habe unn schore als er von den egenanten Gütern genommen unn emphangen had bezalen und nicht med den Erbegütern und also den der egenant ticel nach tode der gemelten siner ersten Hussfrouven eyne ander Hussfrouven genommen dy eme den ouch etsliche Narunge brocht und domede den ouch Kindere hervvorben hod &c. Scheyden vvir se unn sprechen vor recht vvas Erbegütere deselbe leste sin Hausfrouve zu eme bracht had de sollen ouch in vorgeschrieben masse off de lestin Ekindere alleyne gefallen hetten se ouch met eynander geborget unn scholt gemacht daz sollen se ouch von eren Samtguten bezalen, inmoszen vor gevviset ist, aber vvillerley Erbegütere von titzel Heyneman unn sinen Aldern darkommen sind do sollen titzels kinder alle dy erstin und dy lestin mede vererbet sin. So daz nach sime tode ixlich siner Kinder zu glicher teylunge der Guter sten sal also gevvonde und Recht ist, und sollen hiemede dy vorgenante Parthie solcher Sache und zuveytracht gantz gescheyden sin, unn solcher scheyd also von en gehalden vverde an geserde. Dez zu orkunde und eyner festen Haldmide &c.

beris communia esse & cedere debere. De debitis forte in alterutro coniugio contractis, simul dispositum, vt ex vtriusque coniugis bonis immobilibus iis satisfiat, mobilibus & immobilium vxoris praedefunctae vsufructu soli marito, vt videtur, deputatis, cum ille coniugi superfuerit. Nil hic Iuris Romani, sola contra & vnica Iura patria tueris, communionem bonorum inter coniuges, aequa acquaestuum Iura, ita vt illi parili Iure, liberis communibus affecti essent, maritum heredum vxoris praedefunctae mobiliarem, vsufructuarium eius immobilium, & nil plane quod Ius Romanum sapere possit. Liceret vero plura id genus adducere, ni haec sufficerent.

§. VIII.

Fallor, aut circa illa ipsa Seculi XV. tempora, in Hassia, etiam *Speculi Saxonici* aliquis fuit vsus. Videlicet, cum Germanorum mores in multis vni essent iidemque, non potuere non, vndecunque suis Iuribus supplementa conscribere. Invenio profecto, in Hassia nostra procedendi formam Saxonicam aliquando in auxilium vocatam, vt iam taceamus, ingentem illam Iuris Germanici COLLECTIONEM, sub titulo **Rechtbuch** Seculo XV. confectam, & Alphabeticum ordinem secutam, atq; bis mille quadringentis capitibus constantem, quam nuper ex SERENISSIMI PRINCIPIS HEREDIS, Domini nostri Clementissimi Bibliotheca accepimus, cuiusque alio tempore curatiorem notitiam suppeditandi animus est, vbique Iuri Caesareo, Suevico speculo & moribus, etiam Saxonica Iura coniungere, adeoq; cuncta ferme, quae Germania habuit Iura, Hassiae, vi-

cinae Wetteraviae & Franconiae aptare, vtpote in quibus, vsque huc, id genus Codices inuenire datum est. Idem ille etiam Partem Primam & Secundam ORDINIS PROCEDENDI IUDICIARII SAXONICI, Legibus Imperialibus subiecit, & Partem II. dicti libelli, hactenus quod sciam non impressam, primus obtutibus meis stitit, in reliquorum Iurium communium numero habitum. Et omnino expeditum credo, hunc Processus Saxonici libellum, omnem ferme peruasisse Seculo XV. Germaniam, cum etiam Codicibus Iuris statutarii ciuitatis Colonienſis, & omnibus aliis Iurium particularium vniuersaliumque, ferme sine vlla Exceptione eum iunctum videam. Deberi vero hancce procedendi normam Saxonicam HERMANNO ab OSFELDE, iam alias satis expositum. *ff.)* Neque vero potuit non etiam aliis extra Saxonicam adamari, cum Fridericum I. parentem libellus in fronte mentiretur, legisue adeo Imperialis habitum quodammodo indueret.

§. IX.

Miri aut insoliti nihil proferam, si eodem Seculo XV. *Iura Canonica ac Romana*, in Hassia insignes progressus feciſſe memorauero. Vtrumque horum Iurium iam ex aliquo tempore in Germaniam penetraverat, & Canonicum inprimis, praeter Ecclesiastica ipsi & moribus in totum relicta, magnam Germaniae partem, etiam quoad Secularia rexerat. Iudiciis tamen secularibus tam ipsum quam Civile Ius, serius paulo atque Contractuum formulis pedem intulit, vti id a B. HERTIO

ff) praef. Corp. Iur. feud. §. 30.

TIO *gg.)* iam pluribus est demonstratum, B. HOFFMANNUM *hh.)* vt taceam. Neque tamen ante Philippi, a magno animo nomen sortiti tempora, multum deliquii Germanicis creasse uidentur peregrina, cum Hassia antiquorum morum, vti adhuc est, admodum fuerit tenax, & Hassorum non statim in omnia adeo flexile ingenium. Vna cum Doctoribus Iuris, in consilium Principum secretius admissis, & Academiis in Hassia nostra institutis, coepit etiam peregrinorum Iurium amor, qui postmodum Hassis nostris fuit maximus. Aegre enim admissa, quando semel iis adsueuerunt, pertinaciter retinent nostrates, cumque Hassia ab omni aeuo egregios aluerit Iurium Doctores, non iniuria dicere licebit, Iuris Canonum & Civilis cultum in Germania, haud minimum Hassiae nostrae debere. Cogitet hic Lector de FERRARIIS, OLDENDORPIIS, LERSNERIS, MATTHAEIS, PINCIERIIS, VULTEJIS, THESMARIS, KORNMANNIS, ANTONIIS, HOEPINGIIS, KITZELIIS, HUNNIIS, TABORIBIIS, EYBENIIS, LYNCKERIS, KVLPISIIS, HERTIIS, quosue recensere longum foret. Adeo uero Hassia quoque tria Iura uidit, quibus adhuc dum vtitur, Romanum, Canonicum, & Germanicum. Exantlatis uero antiquis temporibus, hoc vltimum solum vnicumve iam colendum suscipimus, uisuri, quid in

gg.) de Consultat. Legibus & iudiciis special. Imper. Germ. Rerump. §. 14.

hh.) Iournal Extracte P. I. p. 32. vbi pluribus hac de re ductu Hertii nostri. Consule etiam Dn. C. G. RICCIVM, de vsu pragmat. Jur. Justin. §. XIV. sqq.

Iure Hassiae Provinciali, recentioribus temporibus, & post receptionem trium horum Iurium communium *ii)* gestum sit. Ab omni enim tempore soliciti fuerunt Iuris aequiue tenacissimi Principes, vt iura in melius reformarentur, vtque iis sua constaret autoritas. Procedemus vero hic eum in modum, vt primo *Iura Hassiae vtriusque generalia, deinde partis & vnius & alterius specialia, ad vltimum statuta & Iura specialissima* confideremus, per transennam potius, quam iusto molimine.

§. X.

LEGES ergo HASSIAE VTRIVSQVE GENERALES quod attinet, paucae sane illarum sunt, de quarum vel ipsarum obseruatione dubitatur, iam ordine dicendae. *Ordinatio Ludouici* a. 1355. confecta, Cl. HOMBERGIO memorata, qualis sit, non noui. Reliquarum antiquissimas *Abrah.* SAURIUS in fasciculo Iudiciarii ordinis *kk)* publico stitit, vbi deprehendes: Hessische Gerichts-Ordnung durch den Durchläuchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn Wilhelm Landgraf zu Hessen / Grafen zu Catzenelnbogen / zu Dietz / Ziegenhain und Nidda an der Löne aufgericht und anno 1497. publicirt. Possideo huius ordinationis Editionum bigam, alteram Francouadi 1531. alteram Marpurgi 1557. 4. typis exaratam. Constat autem XXVI. capiti-

ii) Adhibe hic si placeat, Meditationum mearum Partis IV. cap. II. integrum.

kk) P. VIII. p. 1. seqq. Est vero is idem ille SAVRIVS, qui passim aliis quoque suis scriptis, quam plurima ad sua Hassiacum facientia inseruit. Nosti vero fortassis, formular, Güldenes Flies von Erbschafften, Straf-Buch ꝛc.

capitibus, vt plurimum haud ita magnis, vbi multum antiqui patrii Iuris tam superstitis quam abrogati, deprehendere licet. Succedit: Hessische Reformation und Hofgerichts-Ordnung. Durch den Durchleuchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn/ Herrn Philipsen Landgrafen zu Hessen/ Graf zu Catzenelnbogen, zu Dietz/ Ziegenhain und Nidda ꝛc. geordnet und publicirt anno 1527. eo tempore confecta, quo Philippus suum iudicium aulicum in melius reformavit. Tertia in Saurii fasciculum illata ordinatio hoc titulo gaudet: Hessische Halsgerichts-Ordnung in peinlichen Sachen zu verfahren/ allen Ambtleuten/ Vögten/ Schultheissen/ Schöffen und Richtern dienstlich/ förderlich und behülfflich/ darnach zu handlen und Recht zu sprechen/ anno 1535. publicirt. Addenda huic Constitutioni est illa, quam 1554. 24. Maii Cassellis hoc titulo editam legimus: Ordnung wegen Bestrafung Ehebruchs/ Hurerey/ Jungfrau-schwächen und unehlich Beylager. fol. Iam notauit Dn. KOPPIVS, in aliquibus differre Constitutionem Hassiacam a Criminali Caroli V., sed in reliquis tamen, ad normam Carolinae compositam. *ll)* Non meum est, vt hanc Constitutionem amplius examinem, id tantum dicam, eam absolui articulis CIII. cum Carolinae sint CCXIX. & huius in toto libello ne mentionem quidem fieri. Articuli profecto omnes aut contracti aut ampliores redditi, aut alias diuerso modo habiti sunt, cum nihilominus ordo Carolinae quadantenus seruetur. Speciminis

ll) Hist. Iur. Part. V. Epocha VI. th. 8. not.

ciminis loco tantummodo cape Carolinae nostrae Art. XCI. qui Hassiacae est LIX. vbi haec post uerba: Der Richter (addit: und die Urtheiler/) in alle wegen bey den Rechtsverständigen oder sonst an Orten und Enden als hernachmals angezeigt Raths pflegen / adhuc subiicit: so ferne sie anders derselben Urtheil nicht verständig genug wären, multaque alia, non minus a Carolina dissonantia. In calce post verba, grosser Fleiß gehört / subiiciuntur in Hassiaca aliqui articuli de primordiis inquisitionis specialis, & deinde integer titulus 103. Von denen die ausflüchtig werden und sich entschuldigen wollen. Vt adeo ex his speciminibus satis explicari possint ea, quae Eruditissimo KOPPIO, de nostra Constitutione proferre visum est. *mm)* Qua occasione addo, nostros Principes ab omni aevo, sine ulla Caesaris confirmatione, secus ac alii status, etiam e diametro contra Recessus Imperii, Leges subditis praescripsisse, vt adeo hactenus in Hassia dubium fuerit nullum.

§. XI.

Hactenus de Constitutionibus quas SAVRIVS emisit, cuius liber 1589. Francouadi prodiit in folio. Iam & id addendum, Philippum 1535. aliam quoq; dedisse legem hoc elogio:

mm) Est mihi adhuc alius libellus vbi de variis Politicis primo disseritur, deinde Ordinatio Criminalis subiungitur, cuius haec inscriptio: Reformation Gesetze und Statuten: Unser Philipsen, von G. Ottes Gnaden Landtgraven zu Hessen, Graven zu Catzenelnbogen ꝛc. Von allerley Handtierungen, und auch die peinlich Gerichtsordnung, unsern Fürstenthumben Landen und Leuten zu Nutz und Wolfart geordnet haben. anno 1535. fol.

elogio: Reformation Gesetze und Statuten unser Philipsen von Gottes Gnaden Landgrafen zu Hessen / Grafen zu Catzenelnbogen ꝛc. so wir von allerley Handtierungen unsern Fürstenthümern Landen und Leuten zu Nutz / Gedeyen und Wohlfarth geordnet haben. fol. Occurrunt hic varia capita de iudicii aulici Hassiaci constitutione, ac Emtione venditione, matrimonio, Anabaptistis &c. Primum iam dictum comma, illa omnia repetit, quae de iudicio aulico 1527. (§. X.) iam disposita erant, titulis XXVI., ne quis noui quid conflatum existimet. Quoniam vero ad hunc locum perveni, de iudicio aulico, non nulla praecedentibus adiicere par est. Iam anno 1524. Philippus iudicium aulicum Marpurgi, ad Exemplum Wilhelmi Landgrauii, qui a 1500. ordinationem Iudicii Aulici Publici Iuris esse iussit, instituerat, ordinatione speciali ideo edita, cui eodem anno Sonntag nach Lucie supplementa scripsit. Secuta est Ordnung der Procuratoren 1548., & alia ordinatio das Hofgericht betreffend / verordnet in anno Domini 1553. Neque hic substitit Principum prouidentia, cum anno 1563. promulgarent: Ordnung so Hoferichter und Urtheiler / wie es mit allen Cantzley-Verwandten gehalten werden soll / in nachbemelte Schrifften verfast publicirt den 28. Jun. a. 63. Varia deinde augmenta cum huic ordinationi contigissent, supervenit Recessus Imperii 1654. qui totum procedendi in Imperio extta Saxoniam ordinem, in paulo magis nitidam formam redigere tentauit. Quare moti Principes nostri, Fürstliche Hessische erneuerte und verbesserte Marpurgische Samt-Hofgerichts-

Ord-

Ordnung Darmstatt 1676. fol. qua hodieque vtuntur, quaeque Marburgi 1726. 4. ni fallor, nouissime excusa est, composuerunt. Lubet vero haec, ne materia discerpatur, vno in loco commemorare.

§. XII.

Cum etiam res metallicae oraculo Principis egerent, Philippus sequentia edidit: Unser Philipsen von Gots Gnaden Landgraven zu Hessen / Graven zu Catzenelnbogen ꝛc. gemeine Bergk-Ordnung / Statuta, Privilegia, Freyheit / und Satzung so wir denihenigen die in unsern Fürstenthumben und Lannden Bergwergk bauen und suchen zu Gnaden und Gute geordnet und gesetzet haben. Gedruckt zu Marpurg 1537. Varia quoque alia Philippus, inprimis circa rem monetariam 1530. & sequioribus annis constituit, aliquas pro conseruatione hominum propriorum, eorumque bonorum Constitutiones emisit, ac in omnibus eo modo processit, vti id pium, prouidum, ac de suorum subditorum salute solicitum Principem decet. Inprimis vero etiam salus subditorum aeterna solicitum habuit Philippum, magis adhuc quam temporalis. Praeter enim ordinationem Ecclesiasticam 1528. Marburgi sub titulo der Visitations-Ordnung editam, publici Iuris fieri passus est: Des Durchleuchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn Philipsen Landtgraven zu Hessen Ordnung / welcher masse hinfür die Visitatores Pfarrherr und ire Helffer / Diacon und alle Kirchendiener verordnet / gehandhabet und im Fal da ir einer oder mer untüglich / leßig oder ungeschickt gefunden / abgesetst werden sollen. 1537. 4. *nn*) Idem

ille

ille religiosissimus Princeps, varia colloquia & Synodos, religionis causa in terris suis habuit, peculiarem quoque ordinationem die Absentz der Predicanten betreffend 1537. emisit, & Synodo Cassellana 1556. res Ecclesiae & Reipublicae Ecclesiasticae, in melius reformare annisus est. Res quoque matrimoniales, variis *Philippi* MELANTHONIS, communis post fata Lutheri oraculi consiliis Theologicis, quae MSta tenemus, accommodauit, in omnibus denique ita processit, vti id terrarum eius vtilitas exposcere videbatur. Praecipue hic notanda illa ordinatio, qua Philippus noster, non nisi promisso matrimonio, defloratam ducere aut dotare iubet, dotem ei dari, XXX. florenos praestari multae loco, & pro re nata infamiae irrogationem decernens. Vbi simul in solatium virginum ac viduarum Hassiacarum id subiunctum, ei qui defloratam se pro virgine duxisse, aut viduam non intactam ex viduo lecto ad se commigrasse asserat, non credi debere, nisi euidentissimis vtatur probationibus.

§. XIII.

Hactenus de Philippo, qui totam Hassiam tenuit. Huius autem filii, quousque in communione viuebant, praeter Agendas Ecclesiasticas, 1572. confectas & 1574. publici Iuris redditas, etiam *eine Hessische Landesord-*

nung

nn) KOENIG von Agenden und andern dergleichen Schriften. p. 17. WINCKELMANN wahrhaffte Beschreibung von Hessen und Herschfeld p. 427. SECKENDORFF Hist. Luther. L. III. §. 58. addit. 2. p. 162.

nung conſcribi mandarunt, quae tamen nunquam, quod ſciam, publici reddita Iuris, ſed vsque huc in Archiuiis delituit. Id notatu dignum, in aliquibus Exemplis MStis referri quatuor fratres Haſſiae Principes, in aliis tantum tres, Wilhelmum videlicet, Ludouicum, Georgium, omiſſo Philippo tertio genito. Quae huius rei cauſa ſit, non facile diuiuauerim, niſi forte poſt fata Philippi haec Lex denuo reuiſa, & inde differentia enata ſit. Magno autem Haſſiae noſtrae malo contigit, vt haecce Lex in chartam coniecta, non perferretur. Hodieque enim adhuc dubitatur, num in controverſiis forenſibus ad eam prouocare liceat nec ne? Interim haec ipſa dubitatio efficit, vt Lege ſcripta materiem cauſarum concernente, in vniuerſum careamus, & pro cuiusque lubitu, modo Iure ſcripto, modo nuda conſuetudine regamur, cuius vltimae probatio, in iudiciis ſaepiſſime iniungi ſolet. Caeterum vt ſcias, de quibus rebus Principes potiſſimum diſpoſuerint, lege hic in margine indicem capitum, addita foliorum ex meo antiquiore Exemplo, (duo enim vel tria mihi ſunt) deſignatione. *oo*) Eorundem eſt die Chriſtliche Policeyordnung duas

oo) Index capitum *der Landesordnung Erſter Theil vom Proceſz, vvelcher geſtalt die ſachen beydes zur güt vndt Recht geſucht vndt verhandelt vverden ſollen &c.*

Daß die ſtreitigen Partheyen zuforderſt gütlich verhört, vndt nach mugligkeitt vertragen vverden ſollen. Fol. 4. Von Supplicationen 4. Von Statt, Landt vndt Zent Gerichten 8 Von ervvehlung vndt beeydigung der Schöffen 8. b. Daſz die Gerichtt fleiſzig gehaltten auch die Gaſtgerichts koſten abge-

duas Partes continens, cuiusque de valore, itidem mihi non satis constat. Neque minus iis tribuerem Land-

stelt vverden sollen. 9. Daſz die gerichts Herrn ihre vnderthanen mit gerichts koſten nit beſchvveren sollen. 10. a. Vom Gericht schreiber 10. b. Vom Gerichts Buch 11. b. Von Vervvahrung der Gerichts sachen vndt hinderlegten gelts 12. b. Vom Proceſz die an den Stadt, Landt vndt Zentgerichten gehalten vverden sollen. 13. b. Von Procuratoribus an den vndergerichten. 17. a. Von verfaſzung der Vrtheil an den vntergerichten. 19. a. Ven Appellationen, ob vndt vvie die von denen an vndergerichten geſprochenen vrtheilen beſchehen vndt proſequirt vverden sollen &c. 20. b. Von Executionen der vndergerichts vrtheil. 22. b. Vom Hoff Gericht 24. a. Von vnſer der Fürſten Cantzleyen, vnd vvaſz darinnen vor Rechtliche Sachen vfgenommen vndt verhandelt vverden mögen &c. 27. a. Vom Proceſz in vnſern Cantzleyen vnde vvaſz ſich die Procuratores verhalten sollen. 28. b. Von Gerichts Secretarien 36. a. Von Ober Appellation oder Reuiſion Gericht 38. b. Keyſerlich Priuilegium, daſz von vnſz den Fürſten zu Heſſen in ſachen vber 600. goltgulden nicht vvehrt, nicht Appellirt vverden ſolle. 44. & 45. Vom Rotvvevliſchem Gericht. 49. a. Von Teſtament vndt letzten Willens ordnung. 56. a. Ein Ander Form eines Teſtaments. 64. a. Form eines geheimen Teſtaments. 65. a. Wie die krancken Perſonen ſo mit ſchvvacheit vbereilet vverden, ihre Teſtament machen mögen. 66. b. Wie zur Zeit der Peſtilenz Teſtamenta gemacht vverden mögen 67. b. Von der eltern vndt kinder Teſtamenten auch ihrer beyderſeits legitima. 68. b. Ob der Mutter durch des Vatters Teſtament vvenn er ſeiner kinder einem oder mehr auſſerhalb ihrer der Mutter ſonſtet iemandt anders ſubſtituirt, vndt zum erben underſetzet die Legitima benommen vverden könne? 72. a. Von Vrſachen der enterbung 73. b. Ob ein vhelthäter,

der zum todte verurtheilt vvirdt kräfftiglich testiren möge? 77. a. Von vbergaben, so vff den Todtesfall beschehen, genandt Donationes causa mortis. 77. b. Ob in donatione omnium bonorum causa mortis der vierte theil ex lege Falcidia abgezogen vverden möge? 81. a. Von eheleuthen, so mit einander zugleich testiren. 81. a. Von Erbfällen so in ehelichs beredung ausgedinckt vndt abgeredt vverden. 83. b. In vvas fellen vffgerichtte Testamenta vor vnbundig vndt vnkreftig zu achten seyen? 85. a. Von Erbschafften, do kein Testament oder letzter vvill vorhanden, vvie die verfellet vverden, vndt Erstlich In absteigender lienien von kindern aus Einer Ehe, Töchtern vndt vhrt-Döchtern 88. a. Daſz von Aller Erbtheilung das Heimahtgutt vndt mitzifft conferirt vndt eingeschloſzen vverde &c. 89. b. Wie die theilung vnter geschvvistern gleichmeſzig beschehen soll, vndt von des jungsten köhr zu der Eltern vvonhausz 90. b. Von zvveyer oder mehrer Ehe kindern vvie sich die in ihrer Eltern nachlaſz vertheilen sollen 92. a. Von vnterscheid der guter, Nemlich vvaſz vor vatterlich vndt vvas vor mutterlich gut zu achten 93. a. Wie sich nach abſterben des einen Ehegemahls daſz leztlebende jegen den gemeinen kindern verhalten, vndt mit denselben beuorab so es zu der andern Ehe schreiten vvill abtheilen vndt sich vergleichen soll 93. b. Wie die in zvveitter oder in dritter Ehe erungene vndt ervvorbene gutter vnter das leztlebende Ehegemahl vndt allerseits kinder zu vertheilen seyen 99. a. Wie vndt mit vvas maſzen die eltern die Leibzucht an ihrer kinder gutter haben sollen 101. b. Welcher gestalt die kinder ihrer angefallener Erbtheil halber, daran den eltern die leibzucht bedingt ist, in alvvege gesichert seyn sollen 103. b. Wie sich die leibzucht ende oder vervvirckt vverde 106 a. Wie vndt vvas Eheleuthe, so eins vom andern ohne erzeugte hinderlaſzene ehelishe kinder verſtirbt von einander erben sollen &c.

viridem obseruationem, cottidiana docet Praxis, licet nunquam typorum senserit beneficium.

D 3 §. XIV.

109. *b.* *Ob vndt vvie vveit dem leztlebenden Ehegemahl daszienige so es von seinem versterbenen ehegemahl zum eigenthumb oder leibzucht zu gevvarten, durch Testament oder ander Vermechtnus benommen vverden können* 112. *b.* *Wie nach absterben des einen Ehegemahls der hinderselligen gutter halben Inventaria vfgerichte vnd cavirt vverden soll* 114. *a.* *Von bezahlung der Schulten &c.* 116. *a.* *Wie obgesezte Ordnung der Eheleut Succession zu verstehen, vndt in vvasz fellen ein ehegemahl vom andern nichts vveder zum eigenthumb noch leibzuchts vveisz zu gevvarten* 117. *b.* *Welche gutter vor vnbevveglich vnd vvelche vor bevveglich zu halten?* 119. *a.* *Von einkindschafften* 120. *a.* *Von Succession auszerhalb der Ehe erzeugter kinder* 122. *b.* *Von Erbschafften in vfffeigender lienien vndt nemlichen.* *Wie eltern vndt ober-Eltern allein ihren verstorbenen kindern vndt kinds kindern succediren?* 123. *b.* *VVie die Eltern vndt ober Eltern ihren kindern mit vndt neben dero geschvvistern oder geschvvister kinder succediren?* 124. *b.* *Von Erbschafften in der Zvverchlienien* 126. *b.* *VVie die Gradus zu rechnen vndt zu zehlen seyen?* 131. *b.* *Von Ritterlehn vndt derselben Succession* 133. *a.* *Ob auch ausserhalb der Ehe erzeugte vndt durch hernach gevolgte Ehe legitimirte Söhne in Ritterlehen succediren?* 135. *b.* *Von Adelichen Stambheusern vndt guttern die kein lehen seyn* 137. *a.* *VVie vndt von vveme die Adelichen Töchter nach absterben ihrer Eltern vnterhalten vndt auszgesteuert, auch dieselben VVittiben beleibzüchtiget vverden sollen?* 139. *a.* *VVas nach absterben eines von der Ritterschafft land erben zur Erbschafft gehöre vndt vvie es mit bezahlung der schulden zu halten?* 139. *b.* *Von Succession der zinsz vndt dinstbahren gutter* 142. *a.* *Von keuffen vndt verkeuffen* 148. *a.* *Vom neher kauff* 152. *b.* *Vom auszleihen vndt borgen solcher dinge die gezehlt, gevviegen*

§. XIV.

Haec quidem hactenus recenſita, Leges Haſſiae vtriusque generales maiusculas, quodammodo abſolvunt; iam etiam ad *Conſuetudines*. Neque vero hic aliquid commemorate licet, praeter Supplementa eorum, quae B. Cancell. WALDSCHMIDIVS, in Diſſ. de ſingularibus & antiquis in Haſſia iuribus, non ſine copia collegit. Extant equidem Berichte von verſchiedenen Fällen / ex quibus confectus libellus ſub titulo: Summariſcher Auszug derer Stett- und Landes-Gewohnheiten / wie es im Obern Fürſtenthum Heſſen / und zugehörigen Landſchafften in etzlichen Erbfällen / Uffrichtung der Einkindſchafft / und Näherkauf oder Abtrieb gehalten wird. Edidi harum Relationum iam dicta Excerpta, Tomo III, Selector. *pp*) quae Ludouici Land-

oder gemeſſen vverden 157. *b.* *Von entlehnen anderer bevveglichen dinge die nicht gezehlt, gevviegen noch gemeſſen vverden* 159. *a.* *Von locirn oder verleyen, dingen vndt mieten, ſo vor ein gevviſz gelt geſchichtt* 160. *a.* *Vom Erbzins Gutern vnd derſelben Erblichen Verleyhung* 164. *b.* *Von andern gemeinen zinſz Guttern vndt ihren eygenſchafften, vnd vvie dieſelben von Erbzinſzguttern zu vnterſcheiden* vndt vvo-*für ein zinſz gut in dubio praeſumirt* vverde? 170. *a.* *Von Hinderlegen zu treuen Handen* 172. *b.* *Von der Sequeſtration* 174. *b.* *Von vnterpfanden &c.* 175. *a.*

pp) p. 167. ſeqq. & facile crediderim id quod Dn. KOPPIVS Hiſt. Iur. p. 205. ſubiicit: *Relationes pleniores & integras habemus.* Ego enim Excerpta tantum ſtiti, quae in triga Exemplorum, prae manibus mihi exiſtente, nullibi pleniora deprehendebantur. Ipſas Relationes contra copioſiores, non negaverim. Gieſſenſem iam excudi facio.

Landgrauii iussu, a. 1572. seq. conscriptae sunt. Concernunt vero huius terras, adeoque praefecturas & ciuitates Allendorf an der Lumb, Alßfeldt / Battenbergk / Biedenkopf / Blanckenstein / Epstein / Franckenau / Franckenberg / Gemein Land zu Heuchelheim / Giessen / Homberg an der Höhe und an der Ohme / Hüttenberg / Kirchain / Kirtorf / Königsperg / Marpurg / Nidda / Rosenthal / Schotten / Staufenberg / Ulrichstein / Sturmfels / vti etiam nomina passim occurrunt. Compendii vero nostri autorem lego, D. *Johannem* CLOTZIVM, in Principis Cancellaria, Consiliarium & Assessorem, qui 1574. illud confecerit. Pandit vero egregias Hassiacarum consuetudinum lacinias, quarum etiam plures in Dn. KVCHENBECKERI AnalectisHassiacis, & celeberrimi ESTORIS kleinen teutschen Schriften / aliisue scriptis occurrunt. Notissimus inprimis inter generales Hassiae consuetudines, contractus perpetuae coloniae der Landsiedeley / qui tam in KVCHENBECKERIANIS, quam a Per Illustri Viro CRAMERO, Dn. CRVSEMANNO, Dn. WLOEMIO & aliis, nec non TABORE ac LYNCKERO specialibus tractatibus est illustratus, morte autem B. Licentiati BENECKE qui ideo monimentorum cumulum collegerat, maximam illustrationis spem perdidit. Possunt itidem, multa ex variis *Deductionibus* hauriri, quas alias indicabimus, interim Selectorum Vol. V. conferendum. Nec Diplomatum Collectiones hic negligendae, eae inprimis, quae viciniam concernunt. Vbi prae aliis laudo, quae mihi ex munificentia Illustris & Generosissimi Dn. autoris in oculis iam est, recens editam Anecdotorum

dotorum collectionem Dn. de GVDENVS, Camerae Assessoris Celeberrimi, omni encomio dignam, vbi pluribus vicibus, etiam consuetudines Iuridicae Hassiae nostrae referuntur. *qq)* Non hic locus est, vt latius digrediamur, digito tetigisse haec suffecerit, explicare suo tempore dabitur.

§. XV.

Haec hactenus. Et quo non Iurium patriorum dulcedo nos abripit? Iam autem dici possent plurima *de vtriusque lineae Landgrauiorum Hassiae Constitutionibus, in terris vel Darmstatinis vel Cassellanis editis.* Sed otium nobis fecit Cl. HOMBERGIVS, *rr)* qui maxime relatu dignas ordinationes recensuit, & reliquas suo tempore supplebit. Sunt autem ex vtraque parte satis multae, & solas Darmstatinas, a tempore diuisionis Principatuum inde vsque, ad XL. Volumina in Archivio implere, ex aliis didicimus. Suppeditabimus tamen generales aliquas obseruationes, ne vacuum mittamus Lectorem. Obseruandum ergo ad terras Darmstadinas pertinere adhuc eas ordinationes, quas in terris olim condominio subiectis, Butisbaco videlicet & praefectura Heuchelheimensi siue Huttenbergensi, diuersis annis condiderat Ludouicus Landgrauius Marpurgensis. Praecipue eum locum ornant: Reformirte Gerichts-Ordnung und Stadtrecht/ unserer Ludwigs von GOttes Gnaden

qq) e.gr. p. 640. verb. *Quousque puer de Hassia annum duodecimum compleuerit.* p. 897. vbi Ida Battenbergica a. 1297. actioni *de portione hereditaria immobilium renunciat.*

rr) Bibliotheca Hass. Tomo V. Select. praefixa p. 62. sq.

Gnaden Landtgraven zu Hessen / Graven zu Catzen-Elnbogen / Dietz / Ziegenhain und Nidda ꝛc. Philipsen Ernsten und Eberhards Graven zu Solms / Herrn zu Müntzenberg und Sonnenwald / und Christofs Graven zu Stolberg / Königstein ꝛc. deren sich unser gemeinen Statt Butzbach Beamten ⁂ gebrauchen und verhalten sollen. Marpurg 1578. Fol. Exhibet eandem SAVRIVS. *ss*) Neque vero vel per somnium cogitaturus esses, sub nomine Ordinationis Butisbacensis tibi sisti ordinationem Solmensem 1571. confectam, & non nisi in paucis immutatam. Ita tamen est, & hanc eandem habes, vbi ii quibus hoc negotium incumbebat eum in modum negligentiae se dederunt, vt saepissime ne quidem de eo cogitarent, pro pagis vicisue in dicta ordinatione memoratis, poni debuisse ciuitatem. Deinde: die Visitations-Ordnung der Gemeinschafft des Huttenbergs 1574. ab Hassis & Nassouiis condominis primum publicatam, atque 1601. in maiorem ordinationem Ecclesiasticam conuersam, Marpurgiue eodem anno in 4. typis datam.

§. XVI.

Darmstatinae partis praecipuus legislator fuit Georgius II., cui praeter ordinationem Prouincialem secularem Ms. etiam Ecclesiasticam sequentis rubri debemus: Erklärung unser Georgen von Gottes Gnaden Landgrafen zu Hessen / Grafen zu Catzenelnbogen / Dietz / Ziegenhain und Nidda / über etliche bey jüngst gehaltener General-Kirchen-Visitation zu einer allge-

ss) dicto Fascic. p. 69. sqq.

